Midd ss. Ricardus Darby queritur de Roberto Dixon Gen uno Clericorum Roberti Heath & Georgii Paule &c. p eo videlt qd cum idem Robtus (Eli die & Anno) extitit & continue postea hucusq fuit & adhuc existit Ballius Tho. Dni Wentworth libtatis sue de Stebinheath als Stepney in Com predict qui plenam het execucon & retorn omnium brium pc & warrant infra eandem libtat Cumq etiam quidm W. W. (Eli die & Anno) apud Westm in Com predict p quoddam scriptum suum obligatorium sigillo ipsius W. sigillat Curq dci Dni Regis nunc hic ostens cujus dat est eisdem die & Anno concessisset se teneri & firmit obligari pfat Ricardo in 28 l. legalis monet Anglie cum condicone sup eodem scripto obligatorio indorsat p vera solucone 14 l. consimilis monet eidem Ricardo apud vel infra tunc domum Mancionalem ejusdem Ricardi scituat & existen in S. in poch de Stepney in Com Midd predict modo & forma sequen viz. sup festum diem nativitatis Sancti Johannis Baptiste tunc px' sequen decem solid sup festum diem Sancti Michis Archi tunc px' sequen al decem solid sup festum diem Nativitatis Dni tunc px' sequen al decem solid & sup diem Annunciacon bte Marie tunc px' sequen al decem solid & sic abinde sup quodlibet eorundem festorum dierum alter alterum px' & immediate sequen quarternatim (Anglice Quarterly) quousq dicta summa 14 l. plenar esset solut. quas quidm 14 l. in forma predict solubil predict W. W. pfat R. D. hucusq non solvit p quod scriptum obligator predict forisfctm devenit & predict 28 l. pfat R. debit devener & eidem Ricardo debit & insolut adhuc existunt Cumq eodem Ricardo de debito suo predict min satisfacto existen idem Ricardus p recupacone & obtencon inde blus pfat W. W. p debit legis pcessum hens postea scilt vicesimo quinto die Junii Anno decimo octavo supradco impetrasset & psecut fuisset extra predict Cur dci Dni Regis coram ipso Rege (eadem Cur apud Westm in Com Midd tunc existen) secund cons Cur ill quod pcept ips Dni Regis (voc a Bill of Midd.) tunc Vic Midd direct p quod pcept fuit eid tunc vic Midd qd idem vic capet pfat W. W. si invent fuisset in ballia sua & eum salvo custod ita qd heret corpus ejus coram Dno Rege apud Westm die &c. ad respond pfat R. D. de plito transgr & qd heret ibi tunc pcept ill Quod quidem pc ex causa predict blus pfat W. W. in forma predict impetrat predict R. D. postea & ante diem retorn ejusdem scilt tricesimo die Junii Anno decimo octavo supradco apud Westm in Com predict Ricardo Dean & I. C. tunc vic predict Com Midd predict existen in forma juris exequend delibavit ea intencone ad pfat W. W. virtute

Narr' versus ball' libertat' Domini Wentworth pro permission' prisonar' ad largum ire post arrest' Trin' xx Jacob'.

tute pc pdict ad sect ipsius R. arrestari & in prisona dci Dni Regis Maresc pdce Cur ejusdem Dni Regis coram ipso Rege ad pfat diem &c. (scilt diem retorn bill) duci causand ut ipse pdict Ricardus in eadem Cur dci Dni Regis coram ipso Rege secundum legem & cons libtat & privileg ejusdem Cur a toto tempore cujus contrar memoria homin non existit in eadem Cur usitat & appbat narrare potet vsus pfat W. W. in custod Marr Maresc dci Dni Regis coram ipso Rege existen in quodam plito debi sup script obligator pdict fundand virtute cujus pc pdict R. Dean & J. C. p debita execucon inde postea scilt pdict tricesimo die Junii Anno decimo octavo supradco apud Westm pdict fecer quoddm warrant suum in script Ballio pdce libtat pdict Thome Dni Wentworth direct p quod quidem warrant pfat R. D. & J. C. tunc vic pdci Com Midd existen pfat tunc ballio pdce libtat pfat Tho. Dni Wentworth mand qd idem tunc ballius pdce libtat pfat Tho. Dni Wentworth caperet pfat W. W. si &c. & eum salvo &c. Ita qd heret corpus ejus coram dicto Domino Rege apud Westm ad pfat diem Sabbati post pdict quindecim Trin ad respondend pfat R. D. post de plito pdict secundum exigenc pc pdict Quod quidem warrant p pfat vic Midd sup pc pdict in forma pdict fact pdict R. D. postea scilt tricesimo die Junii Anno decimo octavo supradco apud Westm pdict pfat Robto Dixon tunc ballio pdict libtatis pfat T. Dni Wentworth in forma juris exequend delibavit virtute cujus warrant pdict Robtus postea & ante diem retorn ejusdem scilt pdict tricesimo die Junii Anno decimo octavo supradco (eodem Robto D. tunc ballio libtat pdict existen) apud Stepney als S. pdict in dicto Com Midd pfat W. W. cepit & arrestavit & in custod sua sub aresto ad sectam pfat R. adtunc & ibm huit & custodivit Cumq eodem W. W. sic in custod ipsius Robti sub aresto pdict existen idem Robtus postea scilt eisdem die & Anno apud Westm pdict sufficien securitat de pfat W. W. M. M. & T. T. jam defunct manucapt suis p compenc pdci Willielmi in pdict Cur dci Dni Regis ad sectam pdci Ricardi cepit & huit pdict tamen Robtus justa & veram execuconem officii sui pdict mie curan sed falso & deceptive machinan & fraudulent intenden pfat Ricardum non solum de beneficio arrest pdict deprivare & eundem Ricardum de Compenc pdci W. W. in secta ipsius Ricardi pdict secundum exigenc pc & Warr pdict minus rite retardare & impedire verum etiam eundem Ricardum de debo suo pdict totalit defraudare postea scilt vicesimo die Julii Anno Regni dci Dni Regis nunc Angl &c. decimo octavo supradco pfat Willielmum apud Westm pdict extra custod ipsius Robti tunc ballii pdce libtat pdict Thom Wentworth existen sine licenc & contra voluntat ipsius Ricardi libe & voluntarie elargavit & ad largum quo voluit ire & evadere pmisit Et warrant pdict sibi in forma pdict directum ad pfat diem retorn ejusdem warr vel antea seu unquam postea hucusq secundum exigenc ejusdem non retornavit licet ad illm faciend postea scilt ultimo die Julii Anno decimo octavo supradco apud Westm pdict & sepius p pfat Ricardum requisit fuit p quod idem Ricardus non solum de compenc pdict Willielmi & recupacone & obtencone debi sui pdict & mis & custag suor circa psecucon pc & warrant pdict & arrestacon pdict in forma pdict fact p ipsum Ricardum exposit & expendit vsus pfat W. W. retardat & impedit existit sum etiam inde totlit decept & defraudat existit ad dampn &c. Et inde &c.

Narr' sur Escape vers submarr' Cur' Virge Hospicil.

London ss. Johannes Hassell & Helena Ux' ejus queruntur de Willielmo Richardson Submarr Cur Virge Hospicii Dni Regis in custod Marr &c. p eo videlt qd cum quidm Willielmus Feilder de Chancery Lane London Gen (tali die & Anno) apud London (viz.) in poch &c. p quoddm scriptum suum obligatorium sigillo ipsius Willielmi Feilder sigillat Curq dci Dni Regis nunc hic ostens geren dat eisdem die & Anno concessisset se teneri & firmit obligari pfat Helene dum ipsa sola fuit in ducent & quinquagint libr leglis monet Anglie cu condicone sup eodem scripto obligator indorsat p vera solucone centum libr leglis monet Anglie sup diem Maritagii ejusdem Helene vel infra sex menses tunc px' sequen moritag illud Cumq postea scilt (tali die & Anno) apud London pdict in poch & Ward pdict Predca Helena cepit in virum suum pfat J. H. idemq Jo eandem Helenam juxta ritus Ecclesiasticos hujus Regni Angl adtunc & ibm desponsavit pdculsq W. F. pmissa satis sciens & noticiam hens de Maritagio pdco pdict centum libr nec aliquam inde pcell pfat Helene sup pdict diem

maritagii

maritagii ejusdem H. cum pfat J. H. ut pfertur seu eisdem Jo & H. infra sex menses post disponsat int eosdem J. & H. ut pfertur celebrat juxta formam & effectum condiconis script obligator pdict seu ad aliquod tempus postea hucusq; non solvit nec aliqualit p eisdem contentavit licet ad illud faciend post expiraconem pdict sex mensin post sponsat pdict int eosdem J. & H. celebrat scilt (Tali die & Anno) apud London pdict in poch & Ward pdict sepius requisit fuit p quod script obligator pdict eisdem J. & H. forisfact devenit ac pdict ducent libr pdict J. & H. debit devener Cumq; (eisdem J. & H. de debito suo pdict mio satisfact existen) iidem J. & H. p recupacone & obtencone inde vsus pfat W. F. p debm pcess hend postea scilt (Tali die & Anno) impetrasset & psecut fuisset extra Cur Virge Hospicii dci Dni Regis nunc secundum cons Cur illius a tempore cujus contrar memoria homin non existit usitat & appbat quoddm bre ejusdem Dni Regis Portatoribus Virgarz Cur Virge Hospicii dci Dni Regis & eorz cuilibet directm p quod quidm bre idem Dominus Rex eisdem portatoribus virgarz Cur Virge Hospicii pdict & eorz cuilibet pcepit qd non omittent pter aliquam libtatem quin capent p corpus suum pfat W. F, si invent foret infra virgam ill Et eum salvo custod ita qd herent vel aliquis eorz heret corpus ejus coram Judic Cur Virge pdict ad px Cur Virge pdict px die Veneris post capcon ill apud Southwark in Com Surr tenend ad respondend pfat J. & H. de plito transgr Et qd heret ibi tunc hoc bre quod quidm bre ex causa pdict vsus pfat W. F. in forma pdict impetrat pdict J. & H. postea & ante retorn ejusdem bris scilt eodem vicesimo nono die Aprilis Anno Regni dci Dni Regis nunc primo supradco apud London pdict in poch & Ward pdict cuidm A. S. adtunc uni portatorum virgarz Cur Virge Hospicii Dni Regis pdict adtunc existen in forma juris exequend delibavit ea intencone ad pfat W. F. virtute bris pdict ad sectm eorzdem J. & H. arrestari & in prisona dci Dni Regis pdce Cur Virge Hospicii pdict ad pfat px diem Veneris post capcon ill duci causand ut ipsi iidm J. & H. in eadem Cur secundum leges cons & privileg ejusdem Cur a tempore cujus contrarii memoria homin non existit in eadem usitat & approbat narrare potent vsus pfat W. F. in plito debi sup script obligat pdco virtute cujus quidm bris pdict A. S. adtunc unus portatorz Cur Virge Hospicii Dni Regis pdict ac Ministr Cur pd ut pfertur existen secundum cons Cur virge pd p totum tempus pd usitat & approbat pdcm W. F. postea scilt (Tali die & Anno) apud S. in Com Surr secundum cons virge pd infra Jurisdiccone Cur virge pd Ac infra tres septimanas in war pd spec p corpus suum ad sectam pfat J. & H. in plito querel sue pd cepit & arrestavit pdcoq; Willielmo F. sub arresto pd in forma pd existen idem W. F. postea scilt eodem sexto die M. Anno primo supradco p pfat A. S. prisone Cur virge hospicii pdci sub custod pfat W. R. salvo custod ad sect pfat J. & H. adtunc & ibm commiss fuit eodem Willielmo R. adtunc Submarr & custod pdict prisone Cur virge hospicii pdict existen & adtunc & ibm curam hen omnium prisonar infra virgam ad sect alicujus psone arrestat & eidem prisone Cur virge hospicii pd commiss cujus ptextu idem W. R. eundem W. F. in prisona pd sub custod sua ad sect pfat J. & H. adtunc & ibm huit & detinuit pd tamen W. R. pmissa satis sciens machinan & intenden eosdem J. & H. de debito suo pdict ducent libr & de remedio suo p recupacone inde totalit defraudare pd W. postea scilt decimo die Maii Anno primo supradco eodem W. R. tunc custod prisone Maresc virge hospicii & sic sub custod ejusdem W. R. in prisona pd ut pfertur existen apud London pd in poch & Ward pd extra custod ipsius W. R. & extra prisonam pd ad largum quo voluit ire & evadere pmisit pd J. & H. de debito suo pd ducent libr aut de aliqua inde pcell adtunc seu adhuc mio satisfactis sine aliquo ballio pleg aut manucapt p pfat W. ad sectam pfat J. & H. in plito suo pd hit seu capt pdcusq; W. F. semp abinde postea hucusq; ad loca eisdem J. & H. incognit se elongavit & adhuc elongat p quod iidem J. & H. de debito suo pd ducent libr & de remedio suo inde secundum cons Cur virge pd sup arrest pd in forma pd fact totalit defraudat existunt unde idem J. & H. dic qd ipsi deteriorat sunt & dampn &c. Et inde &c.

Accon non quia dic qd bene & verum est qd pd sexto die Maii Anno primo supradco apud poch Sancti Georgii Southwark in Com Surr pd H. in absenc pdicti J. & p ejus assensum causavit pfat W. F. arrestari p debm legis pcessum extra

Def. plac' se ad elargiend' prisonar' licenc' habuisse.

extra pdict Cur' virge hospici ipsius Dni Regis pd emanen ad sectam pd J. & H. p tempore retugacione dedi pd ac etiam qd post arrestacon pd scilt pdco sexto die Maii Anno primo supradco apud poch Sancti G. in Southwark pd in Com S. pd pdict W. F. ea de causa commiss fuit prisone pdce Ac ibm in prisona detent sub salvo custod ipsius W. R. tunc submarr & custod prisone pd put pd J. & H. supius se modo queruntur sed idem W. R. ulterius dic in facto qd postea scilt pd decimo die Maii Anno primo supradco pd Helena apud poch Sancti G. in S. in Com S. pd in consilt absenc pd J. ac p ejus consilem assensum mandavit & agreavit ad & cum eodem W. R. tunc submarr & custod prisone pdce ut pfertur existen qd ipse pd W. F. tunc in prisona pd sic ut pfertur salit existen pmitteret Et ad largum extra prisonam pd ire & evadere quo voluit pmisit put ei bene licet sine aliquo ballio pleg seu manucapcone hit seu capt p pd W. F. ad sectam pd J. & H. put ipsi supius inde modo etiam queruntur Et hoc &c. unde &c.

Precludi non debent quia dic qd eadem H. in absenc pd J. & p ejus assensum non mandavit & agreavit ad & cum pfat W. R. qd idem W. R. pd W. F. ad largum extra prisonam pd ire pmitteret modo & forma put pdcus Willielmus supius plitand allegavit Et hoc pet &c. Jd pc est vic Surr &c.

Repl' & Issue

London ss. Martinus Smyth queritur de Georgio Reynell Mil Marr' Maresc &c. p eo videlt qd cum pdcus Martinus als scilt Termino Sancti Hillar jam ult pterit ven in Cur' Dni Regis nunc hic coram ipso Rege apud Westm in Com Midd p L. G. tunc Attorn suum Et ptulisset tunc in eadem Cur' dci Dni Regis tunc ibm quandam billam suam vslus quendam T. S. tunc in custod Marr' Maresc Domini Regis coram ipso Rege existen de plito debiti Et adtunc in eadem Cur' invenit pleg de pss billam suam pd scilt J. D. & R. R. Et p eandem bill adtunc & ibm querebatur vslus pd T. tunc in custod Marr' Maresc pd existen de plito qd idem T. redderet ei sexdecim libr' leglis monet Anglie quas ei tunc debuit & injuste detinuit &c. (recit tot narr') Et inde pduc sectam &c. Et sup hoc pd T. p quendam J. S. tunc Attorn suum in eadem Cur' tunc ven & defend vim & injur' quando &c. Et adtunc & ibm petiit licenc ad bill pd interloquend & ei tunc concedebatur &c. Et sup hoc dies inde dat fuit ptibus pdcis coram dicto Domino Rege apud Westm usq diem &c. extunc px' sequen videlt pfat T. ad interloquend & tunc ad respond &c. Et sup hoc adtunc & ibm ven in eadem Cur' T. P. de &c. & R. M. de &c. in ppriis psonis suis Et deven pleg Et ulq p se devenit pleg p pd T. S. qd si contingat pfat T. S. in plito pd convinci tunc iidem T. P. & R. W. conceller' & uterq eorum per se concessit omnia hujusmodi dehm & dampn que pfato M. in eadem Cur' adjudicarentur de terris & catallis suis & eorum utriusque fieri Et ad opus pd M. levari si contingat pd T. S. dehm & dampn ill pfat M. nis solvere aut se prisone Marr' Maresc dicti Domini Regis coram ipso Rege ea occone non reddere Ad quem quidem quindenam Pasche coram dicto Domino Rege apud Westm ven pd M. p Attorn suu pdict Et pdict T. S. ad eund dien licet solempnit exact non ven sed defalt fec Jd cons fuit p eandem Cur' &c. (recit Judm in verbo) Mia pro ut p record inde in Cur' dicti Domini Regis nunc hic coram ipso Rege residen plene liquet & apparet p quod quidm Judmsic hit & obtent scilt vicesimo octavo die Junii Anno Regni dicti Dni Regis nunc octavo supdco pdict T. S. tunc in prisona dicti Domini Regis intra Civit London sub custod tunc Vic London existen ad psecucon Manucapt pdict virtute cujusdm bris de hend corpus pdict T. S. unacu die & causa capconis & detentionis ejusdem T. in eadem prisona extra pdict Cur' dicti Domini Regis hic ante tunc emanen ac Vic London direct ac retornabil coram J. C. Mil uno Justic dicti Domini Regis ad plita coram ipso Rege tenend Assignat imediate post recepcon bris ill apud Hospicium voc Serjeants Inn in Chancery Lane London duct fuit Et adtunc & ibidem pdict T. S. ad peticon pdcor T. P. & R. W. p pfat Justic comiss. fuit prisone Marr' sub custod dicti G. Marr' dicte prisone Maresc pdict tunc & adhuc existen in exonerationem eorudem T. P. & R. W. de manucapcon pdict ibm ad sect dicti M. p defctu Manucapt salvo & secur' custod qui quidm T. S. in eadem prisona sua sub custod dicti G. Marr' dicte prisone Maresc existen a tempore Comissionis sue pdict usque diem &c. extunc px' sequen ad sectam pdict M. remansit & continuavit pdictus tamen G. R. officium suum Marr' in hac parte

Escape versus Marr' sur repris' per Manucapt' sur Record commiss. Marr'

parte minime curand sed machinand dictum M. de remedio suo p obtencone De- bi & Dampnor. pdict retardare & omnio decipere pdictum T. S. sic in prisona pd ad sect pdict M. sub custod sua existend postea (tali die & anno) apud London p- dict in Paroch & Warda pdict extra Prisonam pdict & extra custod suam (pdict M. de debo & dampnd pdict tunc & adhuc insolut existend) ad largum quo voluit ire & evadere pmisit post quam quidem pmission dicti T. S. ire & evadere ad lar- gum idem T. ad loca pfat M. penitus incognit se contulit & effugit & ibm lati- tat & se abscondit & p null legis process postea capi seu arrestari potest p quod idem M. dic qd ipse de remedio suo congruo pro obtencone debi & dampno- rum pdict penitus impedit est unde idem M. dic &c. Et dampn &c. Et inde &c.

Midd ss. Johannes Robinson queritur de Henr Moore & J. Roe nuper Vic London in custod &c. pro eo (viz.) qd cum quidm H. C. (tali die & Anno) apud Staynes in pdict Com Midd p quoddam scriptum suum obligatorium sigillio ip- sius H. sigillat geren dat die & Anno pdict cogn se teneri & firmit obligari p- fat J. R. in Centum & quinquagint libr legalis monet Anglie solvend eidem J. R. cum inde requisit esset cum condicone sup inde indors p plena & secur solu- con Centum & quinq libr legalis monet Angl pfat J. R. Executor Administra- tor vel Assign suis super Vicesimum sextum diem Julii tunc px sequen dat script obligator pdict que quidem Centum & quinque libr ad pdict Vicesimum sextum diem J. secundum formam & effcm pdicti script obligator pfat J. R. idem H. mie solvit p quod pdict H. pdict script obligator Cent & quinquagint libr pfat J. R. forisfecit racone cujus ac p obtencone & recupacone debi sui pdict pd J. R. postea scilt Termino Sancti Michaelis Anno Regni dicte Domine Regine nunc 39 & 40 psecut fuit extra Cur dicte Domine Regine nunc coram ipsa Regi- na apud Westm pdict in Com Midd tunc existen quoddam bre ipsius Domine Regine de latit Vic London direcm p quod quidm bre eadem Domina Regina nunc eisdem tunc Vic London pcepat qd ipse pdict H. C. p corpus sum capet si &c. & eum salvo &c. ita qd herent corpus ejusdem H. coram eadem Domina Re- gina apud Westm die &c. adtunc px futur ad respond pfat J. R. de plito transgr Et qd herent ibi tunc bre illud &c. quod quidem bre psecut fuit p recupacone pdict Centum & quinquagint libr legalis monet Anglie juxta debit legis cursu in eadem Cur coram eadem Domina Regina a tempore cujus contrarii memoria hominum non existit Quod quidem bre idem J. R. postea scilt decimo quinto die Novembr Anno Regni dicte Domine Regine nunc 39 pdict apud Westm pdict pfat J. M. & H. R. adtunc Vic London existen delibavit in forma juris exequend qui quidem J. M. & H. R. postea & ante retorn ejusdem bris scilt deci- mo sexto die Decembr Anno Regni dicte Domine Regine nunc 40 supdicto apud L. pdict (viz.) in poch beat Marie de Arcub &c. adtunc Vic London existen pdictum H. C. virtute bris pdict p corpus suum ceper & arrestaver & ipsum adtunc & ibidem in custod ipsorum J. M. & H. R. sub arresto pdict adtunc & ibidem huer & detinuer Eodemq H. C. sic in custod eorudem J. M. & H. R. Vic London tunc existen pdict J. M. & H. R. Vic L. existen machinan & intenden eundem J. R. de debo suo pdict & de compenc ipsius H. super bre pdict Ac de sect sua pdict versus pfat H. totaliter deprivare postea scilt vicesimo sexto die A. Anno &c. apud Staynes pdict in pdict Com Midd pfat H. C. extra custod pfat J. M. & H. R. adtunc Vic London existen ad largum quo voluit ire pmiser dicto J. R. de debo suo pdict adtunc & adhuc minime satisfact existen racone cujus dictus H. C. coram dicta Domina Regina apud Westm pdict pdicto termino Sancti Hilla- rii seu adhuc non comparuit p quod pdict J. R. non solu de remedio suo p recupa- cone debi pdict versus pfat H. (qui semp exinde in locis pfat J. R. incognit la- titat & discurrit) defraudatur verum etiam idem J. R. debm suum pdict to- taliter perdidit & amisit unde idem J. R. dic qd ipse &c. Et inde &c.

Escp' vers Vic' Lond' sur arrest sur breve de lat'

London ss. Willielmus Hall queritur de Thoma Hoskins mil nuper Vic Com Surr in custod &c. p eo videlt qd cum quidm R. S. (tali die & Ano) apud &c. p quoddam scriptum suum obligatorium sigillo ipsius R. sigillat debitoque modo fact & delibat cujus dat est eisdem die & Ano regn se teneri & firmiter obligari pfat W. W. in Centum & quadragint libr legalis monet Anglie solvend eidem

Alt' sur arrest sur breve de lat' pro separal' debit'.

eidem W. cum indepostea requisit esset quas quidem Cent' & quadragint' libr' aut aliquem inde denar' pdict R. licet sepius requisit &c. pfat. W. non solvit aut aliqualit p eisdem hucusque contentavit Cumq; etiam pdict R. eisdem die & Año ult spec apud London pdict in poch & Ward pdict p quoddam al scriptum suum sigillo ipsius R. sigillat debitoq; modo fact & delibat geren dat eisdem die & Año obligavit se pfat Willielmo in summa vigint libr' legalis monet Anglie p psormatione quorundam conventionum concession & agreamentorum in eodem script mencōnat & spec p ipsum Ricm psormand & pimplend Que quidem conven-cōnes concession & agreament in eodem script spec pdict R. non psormavit seu pimplevit p quod pdict vigint libr' eidem W. debit fuer' & adhuc debit existunt Cumq; etiam pdict R. postea scilt (tali die & añ) apud L. pdict in Paroch & Ward pdict p quandam billam suam obligatoriam sigillo ipsius R. sigillat debitoq; modo confect & delibat cogn se debere pfat W. plenam & integram summam 11 l 10 s legalis monete Anglie solvend eidem W. super demand Anglice upon demand Et p solutione pd summe 11 l 10 s bene & veracit fiend pdict R. obligavit se firmit per eandem billam quas quidem 11 l & 10 s pdict R. pfat W. non-dum solvit licet pd W. postea scilt primo die Junii Anno Regni Domini Jacobi Regis Angl quinto apud London pd in poch & ward pd demandavit de pfat R. pdict 11 l 10 s omnes que quidem separ denar' summe eidem Willielmo juste & vere debit in toto se attingunt ad 19 l 10 s legalis monet Anglie Cujus ptextu pd W. p recuperacōn pd 19 l & 10 s eidem W. sic debit & insolut existen postea scilt Termino Sancte Trinitat Anno Regni Domini Jacobi nunc Regis Anglie quinto apud W. in Com Midd psecut fuit & impetravit extra Cur' dicti Dni Regis coram ipso Rege (eadem Cur' ipsius Domini Regis apud Westm in pdict Com Midd tunc existen) quoddam bre ejusdem Domini Regis de lat versus pfat Ricm tunc Vic pdict Com Surr direct p quod quidem bre idem Dominus Rex eidem tunc Vic Surr adtunc pcepit quod capet pfat R. si invent fuisset in ballia sua Et eum salvo custod ita qd haberet corpus ejus coram Domino Rege apud Westm pdict die Sabbati post mens Michaelis extunc px' sequen ad respond pfat W. W. de plito transgr Et qd idem tunc Vic Surr heret tunc ibi bre illud qd quidem bre idem W. postea & ante diem retorn ejusdem bris (tali die & Anno) supdco apud Newington in pd Com Surr pfat T. H. tunc Vic ejusdem Com Surr existen deliberavit in forma juris exequend (pdict 19 l & 10 s eidem W. adtunc juste & vere debit & insolut existen) Quod quidem bre idem W. versus pd R. in forma pdict psecut fuit & inpetravit & pfat T. H. tunc Vic pd Com Surr delibavit ut pfertur in forma juis exequend ea intencōne qd pdcus R. virtute inde capetur & arestaretur & ad diem retorn inde in pd Cur' dicti Domini Regis coram ipso Rege comperet & custod Marr' Maresc Domini Regis coram ipso Rege secundum consuetudinem dicte Cur' dicti Domini Regis coram ipso Rege a tempore quo non extat memoria hominum usitat & approbat virtute bris pd comittetur Ac qd idem W. versus pfat R. sic custod Marr' Maresc Domini Regis coram ipso Rege comiss & in custod Marr' Maresc Domini Regis coram ipso Rege existen secundum consuetudinem Cur' pd a toto tempore cujus contrarii memoria hominum non existit scilt usitat & approbat in plito debi seu plitis debor super demand pdict 19 l & 10 s p billam sive billas debo modo fiend in eadem Cur' dicti Domini Regis coram ipso Rege narraret & implitaret ac qd pd R. secundum cons ejusdem Cur' a toto tempore cujus contrarii memoria hominum non existit usitat' & approbat in eadem antequam ipse idem R. ab hujusmodi custod Marr' Maresc pd delibaretur aut ad largum ire dimissus foret superinde imponet in eadem Cur' dicti Domini Regis coram ipso Rege in pdict plito debi vel plitis debor sufficien manucapt qui manucaperent p pd R. qd si contingeret eundem R. in pd plito debi convinci tunc iidem manucapt concederent & quilibet eorum p se concederet tam pdict debm 19 l & 10 s quam oia hujusmodi dampn mis & custag que pfato W. in ea parte adjudicarentur de terris & catallis suis & eorum cujuslibet fierent & ad opus pfat W. levarentur si contingeret eundem R. pd debm 19 l & 10 s & hujusmodi dampn mis & custag occōne inde in forma pd adjudicand pfat Willielmo mie solvere vel se prisone Maresc Domini Regis coram ipso Rege ea occōne non reddere secundum consuetudinem ejusdem Cur' Cumq; etiam pd T. H. tunc Vic pd Com Surr ut pfertur existen post bre pdict' eidem tunc Vic in forma pd delibat & ante pd diem retorn ejusdem bris scilt 29 die

Septembr'

Septembr' Anno quinto supdicto apud W. pd in pd Com Surr' infra balliam suam pfat R. virtute bris pd ad sectam pd W. cepit & arrestavit & ipsum Rcum in Prisona ibm sub custod ejusdem Vic virtute arrest pd adtunc & ibidem huit & detinuit Idemque T. H. Vic pd Com Surr' sic existen & pfat R. in prisona pd sub custod sua sub arresto pd virtute bris pd sic hens idem T. pfat R. postea & ante pd die retorn bris pd scilt tricesimo die Septembr' Anno quinto supdicto apud London pd (viz) poch & ward &c. extra prisonam pd ab aresto pd ad largum quo voluit alire & evadere pmisit pfat W. de debis suis pd mie satisfact p quod idem R. ad pd diem retorn pd bris secundum exigenc inde & cons Cur' pd non comparuit sed ad loca eidem Willielmo penitur ignot se retraxit & elongavit & adhuc se retrahit & elongat & ad maximam pauptatem ad psens elaps existit racone quorum pd Willielmus pdict debit ipsius W. 19 l & decem solid totlit pdidit & amisit & de remedio suo congruo p recupacone inde penitus deprivat existit unde idem W. dic qd ipse deteriorat est Et dampn &c. Et inde &c.

Devon ss. Johannes Pecombe & F. uxor ejus queruntur de J. Fulford mil in custod &c. de plito qd reddat eis 22 l 1 s legalis monet Anglie quas eis debet & injuste detinet p eo videlt quod cum pd J. P. & F. als scilt Termino sancte Trinitat Anno Regni Domine Regine nunc decimo septimo coram Domina Regina apud Westm p T. W. Attorn suum venissent & ptulissent hic in Cur' dic Dne Regine adtunc & ibm quandam billam suam versus H. B. & J. uxor' ejus adtunc in custod Marr' Maresc ejusdem Domine Regine coram ipsa Regina existen de plito tnsgr' narrand versus eosdem H. & J. in eodem plito de eo qd pd J. vicesimo primo die Marcii Anno Regni Domine Elizabeth Regine Anglie decimo septimo in pfat F. apud W. in Com pd in pace Dei & dicte Dne Regn existen insult fecit & ipsam F. adtunc & ibm verbavit vulneravit & maletractavit Ita qd de vita ejus desperabatur Et alia enormia eidem F. intulit contra pacem dicte Domine Regine nunc Ad dampnm ipsorum J. & F. 40 l ut dixer' posteaqz als scilt Termino sancti Michls extunc px' sequen ven pd J. P. & F. p Attorn suu pdict & pd H. & J. p A. B. Attorn suu Et pd H. & F. petier' qd pd H. & J. ad narr' suam respond super quo pd Attorn pd H. & J. dixit qd ipse non fuit inforn p pd H. & J. magistros suos de aliquo respons eisdem J. P. & F. in pmissis dand nec aliquid dixit in barr' sive preclucon accon pdcorum J. P. & F. p quod iidem J. P. & F. remanser' versus eosdem H. & J. Indefens Id iidem J. P. & F. petier dampna sua pd occone tnsgr' pd eis adjudicari Et quia Cur' Dne Regine ibi adtunc & ibm incogn fuit que dampn iidem J. P. & F. tam accont tnsgr pdic' quam pmis & custag suis p ipsos circa sect suam in hac parte appoit sustinuisset pc fuit vic qd p sacrum duodecim pbor & legalium hominum de ballia sua diligent inquir' que dampn pdict J. P. & F. tam occone tnsgr' ill quam p mis & custag suis p ipsos circa sectam suam in illa pte appoit sustinuer' Et inquisitionem si quam p ipsum capt distincte & apte sub sigillo suo & sigillis eorum p quorum sacrum inquisitionem illam cepit Dne Rne apud Westm die Mar px' post quindena sancti Hill extunc px' sequen constare fac unacum brevi Regio sibi inde dirco &c. Idem dies inde dat fuit eisdem J. P. & F. Ad quem diem coram Domina Regina apud Westm ven pdict J. P. & F. p Attorn suu pdict Et Vic Retorn quandam Inquisicon coram eo apud Newton Abbot in Com pdict septimo die Januar' Anno Regni Domine Regine nunc decimo octavo p quam compt fuit qd pdict J. P. & F. sustinuer' dampn occone tnsgr' pdict ultra mis & custagia sua p ipsos circa sectam suam in hac pte appoit ad vigint libr' & p mis & custag ill ad vigint solid Id consideratum fuit qd pdict J. P. & F. recuparent versus pdict H. & J. dampn sua pdict p Inquisicon pdict supius compt necnon trigint solid p mis & custag suis p ipsos circa sectam suam in hac pte apposit p Cur' Domine Regine hic ex assensu suo de incrd adjudicat que quidem dampn in tot se atting ad vigint duas libr' & decem solid & pdict H. & J. capiebantur super quo Domina Regina nunc postea scilt duodecimo die F. Anno Regni dicte Domine Regine nunc decimo octavo supdicto p bre suum extra eandem Cur' dicte Domine Regine coram ipsa Regina tunc emanans adtunc vic Devon qd idem vic capet pd H. & J. si &c. Et eos salvo &c. Ita qd heret corpora eorum coram Domina Regina apud Westm die Mercur' px' post tres Pasche ad satisfaciend pfat J. P. & F. de pd 22 l. & 10 s. p dampn pd in forma pd &c. Ptextu cujus quidem brevis de cap ad satisfaciend'

ciens pd Johannes Calle adtunc vic pd Com Devon fecit Warrantum suum quibusdam Ricardo P. & Christophero B. adtunc balliis suis in Com Devon pd Quibus executio omnium & singulorum briu & pc apud E. in Com pd restabat faciens qd capet pd P. & J. si &c. Et salvo &c. Ita qd idem vic here potat corpora pdcor P. & J. coram dicta Domina Regina apud Westm pd die Mercur pr' post tres Pasche ad satisfac psat J. P. & F. de pd 22 l & 10 s informa pdict quod quidem Warrant postea scilt vicesimo secundo die Febr' Anno Regni dicte Dne Regin nunc decimo octavo pd apud W. pd in Com pd psat R. P. & Christophero B. adtunc Balliis delibat fuit virtute cujus postea scilt vicesimo sexto die April extunc pr' sequen pd R. P. & Christoph B. adtunc Ballii pdict vic existen pdict P. & D. apud E. pdict in Com pdict ceperunt & arrestaver ac ipsos P. & J. virtute mandati pdict in executione p pdict 22 l & 10 s p dampn pdict adtunc & ibm huer & detinuer Et pdictis P. & J. in custod pdict J. T. adtunc vic existen ibm moratur A tempore captionis & arrestacon pd quousq postea scilt vicesimo octavo die April Anno Regni dicte Domine Regine nunc decimo octavo supdicto pdict J. F. adtunc vic existen pdict P. & J. apud Civit Exon (vizt) in poch beate Marie de Arcub in Com pdict Civit pdcis J. P. & F. de pd 22 l & 10 s p dampn pd mie satisfact aut solut extra custod suam ad largum quo voluit ire pmisit p quod acco accrevit eisdem J. P. & F. p formam Statut &c. ad exigend & hend de psat pd 22 l & 10 s pd tamen J. F. licet sepius requisit &c. pd 22 l & 10 s psat J. P. & F. nondum solver sed ilt &c. Et inde &c.

Narr' vers Marr' de B. R. ubi prisonar' per breve de Recor' coi' Banco super judicium in eadem Cur' comittitur prisone de le Fleet in executione & postea penden' breve de err' per al' breve de Recor' committitur Marr' in executione qui permisit eum ad larg' ire recitant tout process in Com. Ban. H. 11 Jac. rot. 1317. Per Ori.

London ss. Milo Corney queritur de Georgio Regnell Marr' Marresc Domini Regis coram ipso Rege a tempore cujus contrar' memoria hominum non existit usitat & approbat in eadem de plito qd reddat ei 111 l legalis monet Angl quas ei debet & injuste detinet p eo videlt qd cum pd M. alias scilt die & Anno T. original in Cur' Cancellar' ejusdem Domini Regis de debo quinquagint libr versus quendam P. T. nuper de &c. Ar' tunc vic London direcm p quod quidem breve idem Dominus Rex eisdem tunc vic London pcepit qd iidem tunc vic pcipent psat P. qd juste & sine dilone redderet eidem M. pdict quinquagint libr quas ei tunc debuit & injuste detinuit ut dixit Et nisi fecisset Et idem M. fec ipsos tunc vic secur de clam suo psequend tunc iidem vic sum p bonos sum pdict P. qd esset coram Justic dicti Domini Regis apud Westm in Cro Purificacon tunc pr' sequen ostens quare non fecisset Et qd iid tunc vic herent tunc ibi sum & bre illud qd quidem bre original idem M. postea & ante retorn ejusdem bris scilt (tali die & Anno) supdicto apud London pdict viz. in pochi Sancti Dunstani in occident in Warda de Faringdon extra L. quibusdam F. P. & F. J. tunc vic London delibavit in forma juris exequend Ad quem quidem Crm Pur coram E. Cook mil & sociis suis tunc Justic dicti Domini Regis de Banco apud Westm pdict ven tam pdict W. M. p W. P. Attorn suum quam pdict P. C. p W. B. Attorn suum Et psat R. P. & F. J. tunc vic London adtunc & ibidem retorn bre original pdict eis in forma pdict direcm servit & execut in forma sequen vizt qd pdict M. invenisset eisdem tunc vic pleg de ps bre suum pd viz. J. D. & R. R. Et qd idem P. tunc nihil huit in Ballia sua p quod tunc sum potuer super quo pdict M. ad tunc & ibidem in dca Cur dicti Domini Regis de Banco pdict apud Westm pdict narrand ipus pdict P. sup bri suo pdict p Attorn suum pdict tunc dixit qd cum pdict P. (tali die Anno) apud London in poch &c. quoddm scriptum suum obligatorium concessisset se teneri eidem M. in vigint libr de pdict quinquagint libr solvend eidem M. cum inde requisit fuisset Ac etiam cum pdict P. die & Anno supdictis apud London pdict in poch & Ward pdict mutuat fuisset de eodem M. trigint libr de pdict quinquagint libr solvend eidem M. silit cum inde requisit fuisset pdict tamen P. licet sepius requisit &c. pd quinquagint libr eidem M. adtunc non reddidisset sed ilt ei usque tunc reddere contradixisset & adtunc contradixit unde tunc dixit qd deteriorat fuit Et dampn huit ad valenc decem libr Et inde tunc pduxit sect &c. Et tunc ptulit in eadem Cur scriptum pdict qd debm pdict in forma pdict testabatur cujus dat est die & Anno supdictis &c. Et pdict P. p pdict W. B. Attorn suum tunc & ibidem in eadem Cur ven & defend vim & injur quando &c. Et idem Attorn tunc dixit qd ipse non fuit inforn p eundem P. Magrm suum de aliquo respons p eodem P. psat M. in loquel pdict dand & nihil aliud inde tunc dixit p quod idem M. remansit versus

versus pfat H. inde indefens Jo tunc & ibidem in eadem Cur dicti Dni Regis de Banco ps apud Westm ps consideratum fuit qd pdict M. recuperaret versus ps fat H. debm suum ps & dampna sua occone debi ill ad vigint solid eidem M. ex assensu suo p pdict Cur dicti Domini Regis de Banco pdict ibidem tunc adjudicat Et pdict H. esset inde in misericordia put p record inde virtute brevis dicti Domini Regis de Errore corrigend coram eodem Domino Rege ex mandat suo hic nuper misso & hito & coram ipso Rege jam resident minime reversat seu adnullat plene liquet & apparet Cumq; etiam post judicum pdict in forma pdict reddit p meliore execucone Judicii pdict versus pfat H. in Termino sancte Trinitat Anno Regni dicti Domini Regis nunc Angl decimo ps H. in prisone dicti Domini Regis de le Fleet sub custod J. W. Ar tunc & adhuc Gardiani dicte prisona dicti Domini Regis de le Fleete detent existen idem H. virtute brevis dicti Domini Regis de hend corpus ad pdict Cur dicti Domini Regis de Banco pdict apud W. pdict ad peticon pdict M. debo modo emanen eidem tunc Gardian dicte Prisone dicti Domini Regis de le Fleete direct retornabil coram eisdem tunc Justic dicti Domini Regis de Banco pdict apud Westm pdict duct & hit fuit coram eisdem tunc Justic de Banco pdict apud Westm ps ad satisfaciend pfat M. de Debo & dampn pdict Idemq; H. C. adtunc & ibidem coram pfat Justic apud Westm pdict ad barram ibidem hit & duct ad petitionem pdicti M. p eandem Cur dicti Dni Regis de Banco pdict onerat fuit in executione p debo & dampn ps adtunc & ibidem p Justic ps in eadem Cur de Banco ps comiss fuit custod ps tunc Gardian dicte Prisone dicti Domini Regis de le Fleet in execucione p debo & dampn ps in dicta prisona dicti Dni Regis de le Fleet sub custod ps Gardiani ejusd Prisone de le Fleete in Execucione p debo & dampn pdict remansuk quousq; ps H. a prisona ps debo modo delibaretur Cumq; etiam postea scilt primo die Julii Anno Regni Domini Regis nunc decimo supdicto idem Dominus Rex p quoddam al breve suu de hend Corpus a Cur dicti Domini Regis coram ipso Rege hic apud Westm ps eman & ps tunc Gardiano prisone dicti Domini Regis de le Fleete sive ejus locu tenen tunc ibidem direct idem Dominus Rex eidem tunc Gardiano dicte Prisone dicti Domini Regis de le Fleete sive ejus locu tenen ibidem pcepit qd corpus ps H. C. in dicta prisona dicti Domini Regis de le Fleet sub custod sua tunc detent sub salvo & secur conduct unacum die & causa capconis & detencon sue quocunq; nomine idem H. C. censebatur in eadem herent coram dilco & fidel dicti Domini Regis J. C. mil tunc uno Justic dicti Domini Regis ad plita in Cur dicti Domini Regis coram ipso Rege tenend Assign apud hospitiu voc Serjants Inn in Chancery Lane London imediate post recepcon bris ill Quod quidem bre de hend corpus postea scilt septimo die Julii Anno Regni dicti Domini Regis nunc Angl decimo supdicto apud London pdict in ps poch sancti Dunstani in Occident London in Warda de Farringdon extra pfat J. W. tunc Gardiano dicte prisone dicti Domini Regis de le Fleete delibat fuit in forma juris exequend virtute cujus quidm bris de hend corpus dicto Gardiano dicte prisone dicti Domini Regis de le Fleete in forma ps direct idem J. W. tunc Gardianus dicte prisone dicti Domini Regis de le Fleete corpus pdict H. C. immediat post recepconem ejusdem bris scilt eodem septimo die Julii Anno decimo supdco coram pfat J. C. mil tunc uno Justic dicti Domini Regis ad plita in Cur ipsius Domini Regis coram ipso Rege tenend Assign apud pdict hospicium voc Serjeants Inn in Chancery Lane London viz. in ps pochia sancti Dunstani in Occident in Ward de Farringdon extra duxit & corpus ejusdem H. in execucon p debo & dampn ps tunc existen unacu die & causa capconis & detenconis sue coram eodem J. C. adtunc & ibidem huit unacum bri ill in forma juris retornat put bre illud exigebat & requirebat Et sup retorn ejusdem bris ps tunc Gardian ps prisone dicti Domini Regis de le Fleete inter al tunc & ibidem retornavit & certificavit eidem tunc Justic qd ps H. C. duct fuit ad barram ps Termino Sancte Trinitat Anno Regni dicti Domini Regis nunc Angl decimo supdco virtute ps bris de hend corpus retornabil coram pdict Justic de Communi Banco in pdco Tro sancte Trinitat & tunc & ibidem p eandem Cur de Banco ps comiss fuit in execucone ad sect ps M. p debo & dampn sup quo ps H. C. coram eodem J. C. virtute ps bris de hend corpus a ps Cur ipsius Domini Regis coram ipso Rege in forma ps emanen duct idem H. C. adtunc & ibidem scilt apud ps hospicium voc Serjeants Inn in Chancery Lane in poch & Ward ult ps p ps J. Croke mil tunc

Hecor' Gardiano de le Fleete.

& adhuc un̄ Justic' dicti Domini Regis ad plita in Cur' ipsius Domini Regis coram ipso Rege tenend Assign̄ comiss fuit custod pfat Georgii R. mil adtunc & adhuc Marr' Maresc' dicti Domini Regis coram ipso Rege existen̄ in execucone p debo & dampn̄ pd in prisona Marr' Maresc' dicti Domini Regis sub & in custod ipsius G. in execucon̄ p debo & dampnis pd salvo & secur' custodiend & remansur' quousq; idem H. a custod sua pd extra prison̄ pd debo modo deliberetur Idemq; Georgius pd Henricum sic custod sue comiss in custod suam in executione p debo & dampn̄ pd adtunc & ibidem recepit & huit & ipsum Henr' in custod sua in prisona Maresc' dicti Domini Regis coram ipso Rege in execution̄ p debo & dampnis pd detinuit & custodivit quousq; pd G. postea scilt vicesimo die Marcii Anno Regni dicti Domini Regis nunc Anglie decimo supdco apud London̄ pd in pd poch sancti Dunstani in Occident in Warda de F. eodem G. adtunc & adhuc Marr' Maresc' dicti Domini Regis coram ipso Rege existen̄ pfat H. C. extra custod suam quo voluit abire & evadere pmisit pd M. de debo & dampn̄ pd minime satisfact nec pd H. a prisona pd debo modo delibat p quod acc'o accrevit eidem M. ad exigend & hend de pfat G. pd quinquagint & unam libr' pd tamen G. licet sepius requisit &c. pdict 51 l pfat M. nondum solvit sed illas, &c. ad dampnum, &c. Et inde &c.

Narr' super Escape versus vic' L. super levatione querel' in computator' vers' un' qui adtunc fuit prisonar' in eodem computator' & postea ad largum sine ball' ire permiss.

London̄ ss. Johannes Betthald queritur de W. C. & S. H. nuper vic Civit London̄ in Custod &c. p eo vizt qd cum (tali die & Anno) in poch beat Marie de Arcub; in Warda de Cheape London̄ pd quidm̄ A. W. p quoddam scriptum suum obligatorium sigillo suo sigillat geren̄ dat eisdem die & Anno stetit obligat pfat J. B. in trigint libr' legalis monet Angl cum conditione supinde indorsat p vera solucon̄ 17 l 10 s pfat J. executor' Administrator' vel Assign̄ suis sup prim̄ diem J. tunc pr' sequen̄ futur' apud vel infra tunc Shopam D. B. sciptoris scituat & existen̄ in Woodstreete in London̄ pd quos quidm̄ 17 l 10 s pd A. pfat J. sup pd primum diem Januar' sive adhuc non solvit sive aliqualit p inde contentavit Cumq; a'ts scilt die Jovis quinto die Julii Anno Regni dicti Domini Regis nunc octavo pd pdcus J. p recupacon̄ pdict trigint libr' ven̄ in Cur' dicti Domini Regis nunc coram pfat W. C. tunc vic Civit London̄ pd scil in poch Sancti Michaelis in Woodstreete in Ward de Criplegate London̄ pd secundum consuetudinem ejusdem Civit ab omni tempore cujus contrarii memoria hominum non existit usitat & approbat tent & adtunc & ibidem secundum consuetudinem Civit pd a toto tempe supdco usitat levavit quandm̄ querel in plito debi sup demand trigint libr' versus pfat A. tunc existen̄ prisonar' in prisona dicti Domini Regis infra Computator' pd sub custod pfat W. C. & S. & p pfat W. C. & S. W. virtute diversarum aliarum querel in Computator' predict coram pfat W. C. tunc un̄ vic Civit pdict versus ipsum A. prius levat in prisona pd detent cujus quidem querel versus pfat A. ad sect pfat J. levat tenor sequitur ss. A. W. sum̄ versus J. B. in plito debi sup demand trigint libr' Et sup hoc dcus J. adtunc & ibidem inven̄ pleg de pros querat sua pd scilt J. & R. N. Et sup hoc ad peticonem pfat J. dcus A. adtunc & ibidem secundum consuetudinem Civit pd detent fuit in prisona pd sub custod pfat W. C. & S. H. tunc vic Civit pd ipoq; A. virtute querel pd p causa pd ad sect pfat J. in forma pd detent existen̄ pdicti W. C. & S. H. tunc vic Civit pdict pdict officia sua vic mie curan̄ pd A. sic ut pfertur in prisona pd virtute querel pd p causa pd existen̄ sine aliqua securitat sive manucapt p pfat A. secundum consuetudinem Civitat pd a toto tempore supradco usitat impoit ad hend ipsum A. ad aliquam Cur' dicti Domini Regis coram pfat W. C. in Guihald ejusdem Civit in poch Sancti Lawrencii in veti Judaismo in Ward de Cheape London̄ pd secundum consuetudinem Civit pd tenend ad respond pfat J. de plito querel sue pd secundum consuetudinem Civit pd Ac sive consensu sive licenc pfat J. ac contra voluntat ipsius J. pd Debito aut aliqua inde pcell pfat J. minime satisfact sive aliqualit content postea scilt undecimo die Septembr' Anno octavo pd pfat W. C. & S. H. tunc vic London̄ existen̄ in pd poch Sancti Michaelis in Woodstreete in Warda de Criplegate extra prisonam pd a custod ipsius W. & S. ad largum quo voluit ire pmiser in ipsius J. magnum detriment & pd trigint libr' amission̄ ad dampn̄ &c. Et inde &c. Cum hoc qd pd J. verificare vult qd pfat A. in dco script obligator' & hac narr' nominat & pfat A. in querel pdict nominat & in prisona pdict

pdict sic ut pfertur detent est una & eadem persona & non al neq diversa.

Banc ss. Elena Johnson vid Administratrix omnium & singulorum bonorum & catallorum jurium & creditorum que fuer T. J. nuper viri sui defunct qui obiit intestat ut dicitur queritur de J. Cheesman in custod &c. p eo videlt qd cum quidm W. L. (tali die & Anno) apud Maidling in Com Banc indebitat fuit pfat T. J. in vita sua in summa 12 l legalis monet Anglie Et sic inde indebitat existen pd T. in vita sua postea scilt (tali Termino & Anno) prosecut fuit extra Cur dicte Domine Regine de le Kings Bench eadem Cur apud Westm in Com Midd existen quoddam breve ipsius Domini Regis de lat A. B. tunc vic Com Banc direct p quod quidm breve prec fuit eidem vic quod capet pfat W. L. si &c. Et salvo &c. ita qd heret corpus ejus coram dicta Domina Regina apud Westm die &c. ad respond pfat T. in plito transgr cujus quidm brevis pertextu idem vic pd Com Banc postea scilt (tali die & Anno) in poch de B. in Com Banc Warrant sum pfat J. C. tunc Ballio suo ville de M. pdict direxit mandans eundem J. Ballium suum qd ipse virtute Warrant pdict sibi p pfat vic direct capet pfat W. si &c. Et salvo, &c. ita qd haberet corpus ejus coram dicta Domina Regina ad pfat diem &c. ad respond pfat T. de plito transgr qui quidm Ballius virtute mandat pd sibi inde direct postea scilt (tali die & Anno) apud M. pd in Com pd pdict W. L. cepit & arrestavit & ipsum W. sub arresto ill p spacium duor dier adtunc & ibidem habuit & custodivit pd tamen J. pmissor non ignar machinan pd T. in vita sua & pd E. post ipsius T. mortem de debito pd defraudare mandat pd pfat vic nec corpus pd W. retorn nec abduxit sed idem J. postea scilt (tali die & Anno) apud M. pd in Com pd pdictum W. absq aliquo Ballio sive manucapcione p compenc sua in dicta Cur dicte Domine Regine ad largum quo voluit ire pmisit pdco T. in vita sua & pfat E. post ipsius T. mortem de debito pd mie satisfact p quod pd W. ad loca pfat T. in vita sua & eidem E. post ipsius T. mortem penitus ignot & incogn fugiit p quod idem T. in vita sua & pd E. post ipsius T. mortem de recupacone debi pd penitus evacuentur. Ad &c. Et inde &c. Et pfert hic in Cur eadem E. lras, &c.

Escape per Administrator vers' ball' sur arrest' in vita Testatoris.

Accon non debet quia dic qd bene & verum est qd pd G. & R. virtute bris pd in narr pd superius mencionat scilt pd vicesimo octavo die Januarii Anno sexto supdco vic London existen apud L. pd in poch & Ward pd pfat W. virtute bris pd ceper Et in custod sua adtunc & ibidem huer ad respond pfat C. in plito pd Et ulterius iidem G. & R. dic qd postea scilt pd vicesimo nono die Januar Anno sexto supdco cum duob manucaptorib videlt A. B. de &c. Et C. D. de &c. devener obligat pd G. & R. tunc vic London existen p scriptm obligator in quadam pecun summa p compenc ipsius W. coram Domino Rege apud Westm ad diem retorn ejusdem bris qoq pd A. B. & C. D. manucapt pd W. sufic hent bona & catalla infra libtat Civit London ad satisfaciend pfat C. de debito suo in narr pd spec secundum formam Statuti in hujusmodi casu edit & pvis p quod pd G. & R. pfat W. ad largum quo voluit ire pmiser put eis bene licuit qdq pd G. & R. postea ad diem retorn bris pd vic Civit pd tunc existen bre pd in omnib svi &c. retornaver videlt qd ipsi vitute bris pd pfat W. cepissent qoq ipsi corpus pd W. ad diem & locum in bri pd content pat huer secundum exigenc bris pd Et hoc &c. unde &c.

Def. al' escape pli'tavit quod ceper' ball' pro compe-renc' H. 7 Ja. Ror. 1224. Intr' mil' dic' inde.

London ss. Edwardus Greenhurst queritur de J. Moile Ballio libtat Decani & Capituli Ecclesie Collegiat divi Pauli in Com L. Midd in custod &c. de plito qd reddat ei 7 l legalis monete Anglie quas ei debet & injuste detinet p eo (vizt) qd cum pdcus Edwardus alius scilt Termino sancti Michaelis Anno Regni Domini Jacobi nunc Regis Anglie quarto in Cur ipsius Domini Regis coram eodem Domino Rege apud Westm in Com Midd venisset p G. P. tunc Attorn suu Et ptulisset in eadem Cur ejusd Dni Reg tunc ibm quand billa sua dsus R. L. tunc in custod Marr &c. de plito debi Et tunc fuer pleg de ps scilt J. D. & R. R. q quidm billa sequitur in hec verba ss. Lond ss. E. G. sequitur de R. L. in custod Marr Maresc Domini Regis coram ipso Rege existen de plito qd reddat ei sex libr legalis monet Anglie quas ei debet & injuste detinet p eo videlt qd cum pd R. (tali

Narr' vers bal-livum libert' sur escape sur casa recitans tot' judicium & le scirefac' & Judicium superinde.

